



Universitätsbibliothek Paderborn

**Johannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi
Maioris Apvd Herbipolin Abbatis, viri suo aeuo doctiss. ...
Partis Opera Historica, Qvotqvot hactenus reperiri
potuerunt, omnia**

Partim E Vetvstis Fvgientibusque editionibus reuocata, & ad fidem
Archetyporum castigata; partim ex manuscriptis nunc primùm edita ;
Qvorvm Catalogvm Aversa pagina exhibet

Johannis Trithemii Spanheimensis Primo, Deinde D. Iacobi Maioris Apvd
Herbipolin Abbatis, viri suo æuo doctiss. Primae Partis Opera Historica,
Qvotqvot hactenus reperiri potuerunt, omnia

Trithemius, Johannes

Francofvrti, 1601

Pvlvis Medicinalis Valde Celebratvs, Eivsdem Trithemii.

urn:nbn:de:0128-1-17297

cinus, si Beda, Rabanus, Strabo, Marianus, Claudius, Lampertus & similes domi mansissent: quis An-
 ghiam, Scotiam, Hybernam, fidei rudimentis prædicando imbuisset? Quis insuper in Gallia almficam
 & famatissimam illam Parisiensem Vniuersitatem instituisset? Quis potentissimum nobilemque in
 Francia Episcopatum illum Herbipolensem fundasset? Quem utique diuum Burghardum, primum
 eius ecclesie præfulem instituisse, sicuti & Parisiensem Academiam Alquinum, nostri ordinis patres,
 fundasse certissimum est. Quis alios complures per Europam episcopatus, quorum primi antillites,
 (utin præcedentibus sub anno Domini 978. latius probauimus) nostri ordinis fuere & frequentet pe-
 regrini, plantasset? At quid multis motor? Quis mihi vendicare conor, quod excellentissimi viri nec
 virtute neque sanctitate assequi quauerunt? Qui denique, quando doctiores & sanctimonia clariores,
 tanto & acriores & plures semper habuere obtrectatores. Nimirum cum (expertus harum rerum inquit
 Hieronymus) semper in propatulo fortitudo æmulos habeat, feriantq; fumos fulgura montes & iu-
 xta Nafonis simile dicterium:

Summa petat limor, perslent altissima venti.

Sed nunc de his satis. Sane quatenus & fructus & utilitas sæpe dictæ commissionis & perlustrationis
 meæ aliquan- &c. cetera desunt.

**PVLVIS MEDICINALIS VALDE CELEBRATVS,
 EIVSDEM TRITHEMII.**

PVLVREM huius Trithemii ad cerebrum, studentibus perutilem plurimi hæcenus celebrarunt
 semper. Nam haud pauci eo vsu eius peruenerunt, vt inspectores illos vrinarum, arteriarum, lin-
 guarum, rostramentorum facile negligenter. Multi ad centesimum fere annum ætatem solidam produ-
 xerunt, tantum denique adepti sunt memoriæ acumen, vt facile quosuis etiam maximos excellenter.
 Idque absque catapotis, clisteriis, pessis, vnctionibus, cataplasmatibus, elictoriis, masticatoriis, gargaris, mis-
 iaculis, fumis, conditis, syrups, aquis, theriacaliis, & similibus.

- ℥. Calami aromatici,*
- Gentiana,*
- Cymini,*
- Sileris montani,*
- Anisi,*
- Carui,*
- Ameos,*
- Sem. petroselin,*
- Spica nardi, ana ʒ s.*
- Coralli rub.*
- Vnionum siue perlarum non perforatarum ʒ v.*
- Zingiberis albi,*
- Amari dulcis (Chamepyt)*
- Foliorum fenæ,*
- Tartari adusti, ana ʒ v.*
- Macis,*
- Cubebærum, ana ʒ ij.*
- Gariophyllorum, ʒ vij.*
- Fiat puluis l. a.*

*Dosis eius ʒ s. qua mane sumatur & sero, in brodio vel vino per mensem primum; secundo mense
 mane tantum; tertio mense mane ter in heptomada, & sic deinceps continetur ad vitam. Siquidem contra mul-
 tas valet agitudines, & est probatissimus & efficax puluis. Stomachum confortat, cerebrum purgat, oculos
 & visum serenat, memoriæ acuit, humores malos atq; superfluos in toto corpore conuenit sine periculo, lenit &
 aperit, constrictionem in pectore nauisæam pellit, nimiam pinguedinem prohibet ab epilepsia & apoplexia confer-
 nat, materiam calculi sine dolore dissoluit, & in lapidem durefcere non permittit, chyragram & podagram scia-
 ticamq; præualere non sinit.*

Hunc puluerem cum Paulus Scalichius Duci Borussia (cui tunc temporis erat à consiliis) uten-
 dum clareveller, Medici Principis prohibuerunt, ex quo enata est disputatio inter illos, in qua istius pul-
 ueris in partem vtramque scriptis dimicatum fuit, quæ disputatio extat in satyris Philofophicis i; sius
 Scalichii.

EFFI-